

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Spiritussanctus procedar à filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAES. X. DE PROCES. DIVIN. PERSO. ART. III.

**Capitul. in
Princ. to. 3.**

prout est alter ex altero, nō q̄ alter sit prior altero. Procesiones autem, & relationes non distinguuntur in diuinis secundum rem, sed solum secundum modum intelligendi. Vnde & Aug. dicit de Fide ad Petrum, q̄ proprium patris est quod genuit filium. In quo datur intelligi, q̄ generare filiū sit proprietas patris: nec est alia proprietas quam paternitas, quā dicitur esse proprietas personalis. Non est ergo inter procescionem, & relationem in diuinis quārendus ordo secundum rem: sed secundum modum intelligendi tantum. Sicut autem relatio, & processio in diuinis sunt idem secundum rem, & different secundum rationem tantum: ita & ipsa relatio, quamvis sit vna secundum rem, est tamen multiplex secundum modum intelligendi. intelligimus enim ipsam relationem, ut cōstitutuam personæ: quod quidem non habet inquantum est relatio. Quod ex hoc patet, quia relationes in rebus humanae non constituant personas, cum relationes sint accidentia: persona vero est aliquid subsistens in genere substantiae: substantia autem per accidens constitui non potest, sed habet hoc relatio in diuinis q̄ personam constituant, inquantum est diuina relatio: ex hoc enim habet, quod sit idem cū diuina essentia, cum in Deo nullum accidens esse possit, relatio enim quia secundum rem est ipsa natura diuina, hypothesis diuinam constituere potest. Est ergo alius modus intelligendi qui intelligitur relatio, vt constituant diuinæ personæ, & alius quo intelligitur relatio, vt relatio est: vnde nihil prohibet quod quantum ad unum modum intelligendi, relatio presupponat procescionem, quantum vero ad aliud est econuerso. Sic ergo dicendum est, quod si consideretur relatio vt relatio est, presupponit procescionis intellectum: si autem consideretur vt est constitutiuam personæ, sic relatio quæ est constitutiuam personæ, a qua est processio, est prior secundum intellectum quām processio: sicut paternitas inquantum est constitutiuam personæ patris, est prior secundum intellectum, quām generatio. Relatio autem quæ est constitutiuam personæ procedens, etiā inquantum est constitutiuam personæ, est posterior secundum intellectum, quām processio: sicut filatio, quām natuitas. & hoc ideo, quia persona procedens intelligitur, vt terminus procescionis.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ magister loquitur de paternitate considerata secundum q̄ relatio est. Et similiter dicendum ad secundum & tertium.

AD QVARTVM dicendum, quod in rebus in quibus relationes sunt accidentia, oportet quod relatio presupponat distinctionem: in diuinis autem relationes constituent tres personas distinctas.

AD QVINTVM dicendum, quod paternitas est de intellectu filiationis, & econuerso, secundum quod utrumque consideratur, vt relatio quādam. Sic autem dicimus quod relationes sequuntur procesciones ordine intellectus. Aliae duas rationes procedunt de relationibus secundum quod sunt constitutiuam personarum.

ARTICVLVS. IV.

Vtrum spiritus sanctus procedat a filio.

**Cap. 4. par.
1. x medio il
hus.**

QUANTO queritur utrum spiritus sanctus procedat a filio. Et videtur q̄ non. Dicit. n. Diony. in 4 capitulo de diu. nomi, quod filius & spiritus sanctus sunt sicut flores deigenæ diuinitatis. Elos autem non est a flore. ergo spiritus sanctus non est a filio.

¶ 2 Præt. Si filius est principiū spiritus sancti, aut hoc

F habet a se, aut ab alio. A se non habet: non enim filio inquantum filius est, conuenit esse principium sed magis esse a principio. Si autē hēt a patre, oportet q̄ hoc modo sit principium sicut pater: pater autem est principium per generationem. ergo filius erit principium spiritus sancti per generationem, & ita spiritus sanctus erit filius filii.

¶ 3 Præt. Quicquid est cōe patri & filio, similiter conuenit vtrq. Si ergo esse principium est cōe patri & filio, filius erit principium eo modo quo pater: pater autem est principium per generationem ergo & filius, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Filius ideo filius est, quia procedit a patre & est uerbum ipsum: Spiritus autem sanctus dicit iverbum filij secundum Basilium, qui hoc accepit eo quod Apost. dicit Heb. 1. quod filius portat omnia verbo virtutis sua. Si ergo spiritus sanctus procedit a filio, oportet quod sit filius filii.

¶ 5 Præt. Licet in rem paternitas, & filiatio possit in Deo q̄ in nobis, secundum illud Apollon. Eph. 3. ex quo. f. Deo patre omnis paternitas in celo & in terra nominatur: tamē secundum nominationem haec nomina translati sunt ab humanis ad diuina: sed in humanis procedens a filio uocatur nepos. Si ergo spiritus sanctus procedit a filio, erit nepos Dei patris, quod est absurdum.

H ¶ 6 Præt. Proprietas filij est in accipiendo: ex hoc filius dī, q̄ accipit naturam patris p̄ generationem.

Si ergo filius ex se emittat spiritum sanctum, erit in filio proprietas cōtraria, quod est inconveniens.

¶ 7 Præt. Quicquid est in diuinis, aut est cōe, aut prius. Emittere autem spiritum sanctum non est cōe toti trinitati: non. n. conuenit spiritus sanctus ex ego est proprium patris, & sic non conuenit filio.

¶ 8 Præt. Spiritus sanctus amor est, ut Aug. probat lib. de Trin. Amor autē patris in filii gratius est non. n. amat filiū quasi aliquid ab eo accipiens, sed solum quasi aliquid ei datus. Amor autē filii amorem, est amor debitus: sic. n. amat patrē quasi aliquid ab eo accipiens. Amor autē debitus est alius ab amore gratuito. Si ergo spiritus sanctus sit amor a patre & filio procedens, sequitur quod sit filius a seipso.

¶ 9 Præt. Spiritus sanctus est amor gratius: vnde ab eo profluunt diuisiones gratiarum, secundum illud primas ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem vero spiritus. Si ergo amor filii in patre non est amor gratius, spiritus sanctus non est amor filii. non ergo procedit a filio.

¶ 10 Præt. Si spiritus sanctus procedit a filio ut auctum filii amet patrem, sicut mater filii, oportet q̄ spiritus sanctus sicut procedit a patre in filium, procedat a filio in patrem, hoc autem est impossibile, ut uidetur: sicut queretur enim q̄ pater aliquis filio recipere, quod penitus esse non potest.

¶ 11 Præt. Sicut pater & filius diligunt se, ita filius spiritus sanctus, vel pater & spiritus sanctus. Si ergo spiritus sanctus procedit a patre & filio, quia pater & filius diligunt se, pari ratione quia pater & spiritus sanctus diligunt se, procedit spiritus sanctus a ipso, quod est impossibile.

¶ 12 Præt. Dion dicit in 1. c. de diu. no. Vniuersaliter non est audēdum dicere aliquid, nec etiam cogitare de supersubstantiali occulta diuinitate, præter quæ diuinitas nobis ex facie eloquissimæ sunt expressa. In scriptura autem sacra non exprimitur quod spiritus sanctus procedat a patre: sed solum quod procedat a patre, secundum illud Ioan. 15. Cū venientibus ratiociniis.

Syno-
generalis
Confis-
tatio. &
council.

racetus quem ego mittam uobis a patre Spiritum veritatis, qui a patre procedit. Non ergo dicendum est, nec cogitandum, quod spiritus sanctus procedat a filio.

¶ 13 Præt. In gestis Ephesinae synodi sic dicitur, quod perfecto symbolo Nicenæ synodi, decreuit sancta synodus alia fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere, præter definitam a sanctis patribus, qui in Nicæa congregati sunt cum spiritu sancto: præsumentes autem aut componere fidem alteram, aut pretendere, aut proferre volentibus, conuerti ad notitiam veritatis, vel ex paganitate, vel ex Iudaismo, vel ex heresi aliqua: hos, si quidem sint episcopi aut clerici, alienos esse epis ab episcopo, & clericos a clericatu: si vero sunt Laici, anathematizari, & similiter in gestis Chaledonensis synodi post concilium determinationem conciliorum subditis, Eos autem qui ausi sunt componere fidem alteram, aut preferre, aut docere, aut tradere alterum symbolum voluntibus vel ex gentilitate ad cognitionem veritatis, vel iudegi, vel ex heresi quacumque conuersti, hos, si episcopi fuerint, aut clerici alienos esse episcopos ab episcopo, & clericos a clero: si vero monachi aut laici fuerint, anathematizari. In praemissa autem concilio determinatione non haberut, quod spiritus sanctus procedat a filio: sed solum quod procedat a patre, legitur etiam in symbolo Constantiopolitanæ synodi. Credimus in spiritu sanctum dominum, & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, nullo ergo modo debuit addi in symbolo fidei quod spiritus sanctus procedat a filio.

¶ 14 Præt. Si spiritus sanctus de affilo procedere, aut hoc de quo aliquam auctoritatem scripturæ, aut per aliquam rationem. Auctoritas quidem sacre scripturae adhuc ostendendum nulla videtur esse sufficiens: hæc si quidem in sacris scripturis, quod spiritus sanctus sit filius, sicut dicit Galat. 4. Miser Deus spiritum filij suum corda uestra, & Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. habetur etiam quod spiritus sanctus sit missus a filio. Dicit enim Christus Ioan. 16. Si enim non abierto, Paracletus non veniet ad vos: si autem abierto, mittam eum ad vos. Non autem sequitur, quod spiritus sanctus procedat a filio ex eo, quod est filius, quia hoc huius multipliciter dicitur, sicut Philos. Similiter etiam neque ex eo quod spiritus sanctus dicitur missus a filio, quia licet filius non sit a spiritu sancto, dicitur tamen a spiritu sancto missus secundum illud Isaiae 48. ex persona Christi. Et nunc miseri me Dominus & spiritus eius. Et Isaiae 41. Spiritus Domini super me, ad euangelizandum manuetus misit me, quod in se dicit Christus esse completum. Similiter etiam non potest per rationem efficiatur probari, licet enim spiritus sanctus non sit a filio: adhuc tamen, ut videtur, distincti adiuvicem remanebunt, differunt enim suis proprietatibus personalibus. Nihil ergo videtur cogere ad dicendum spiritum sanctum procedere a filio.

¶ 15 Præt. Omne quod procedit ab aliquo, habet aliqd ab eo. Si ergo spiritus sanctus procedat a duobus, scilicet a patre & filio, oportet quod a duobus accipiatur: & sic videtur sequi quod sit compositus.

¶ 16 Præt. De ratione principij est, quod non sit ab alio sicut in Physi. sed filius est ab alio, scilicet a patre. ergo filius non est principium spiritus sancti.

¶ 17 Præt. Voluntas mouet intellectum ad opandum: homo non intelligitur quod vult: sed spiritus sanctus procedit per modum uoluntatis ut amor, filius aut

A per modum intellectus, ut verbum. non ergo videtur quod spiritus procedat a filio: sed magis eccloueretur.

¶ 18 Præt. Nihil procedit ab eo in quo quiescit: sed spiritus sanctus a patre procedit, & in filio quiescit, ut scribitur in passione beati Andreae, ergo spiritus sanctus non procedit a filio.

¶ 19 Præt. Simplex non potest procedere a duobus, quia effectus est simplicior & prior quam causa: sed spiritus sanctus est simplex. Non ergo procedit a duobus, scilicet a patre & filio.

¶ 20 Præt. Si aliquid perfecte procedit ab uno, superfluum est quod procedat a duobus: sed spiritus sanctus perfecte procedit a patre. ergo superfluum est, quod procederet a patre & filio simul.

¶ 21 Præt. Sicut pater & filius sunt unum in substantia & natura, ita pater & spiritus sanctus: sed spiritus sanctus non conuenit cum patre in generatione filii. ergo nec filius conuenit cum patre in emissione spiritus sancti.

¶ 22 Præt. Filius est radius patris, ut patet per Dionysium in principio Cœlestis Hierar. Spiritus autem sanctus est splendor, splendor autem non est a radio, ergo nec spiritus sanctus est a filio.

¶ 23 Præt. Filius est quoddam lumen patris, cum sit verbum eius. Spiritus autem sanctus est sicut calor, est enim amor quidam: unde & super Apostolos in specie ignis apparuit. Act. 2. Calor autem non est a lumine, ergo nec spiritus sanctus a filio.

¶ 24 Præt. Damas. dicit quod spiritus sanctus dicitur esse filii: sed non a filio.

Sed contra est, quod Athanasius dicit, spiritus sanctus a patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens.

¶ 25 Præt. Spiritus sanctus dicitur tertia in trinitate persona, secunda filius, prima pater: ternarius autem procedit ab unitate mediante binario. ergo spiritus sanctus procedit a patre, mediante filio.

¶ 26 Præt. Cum inter diuinæ personas sit summa conuenientia, quilibet diuinus p̄sonarum ad aliam habet immediatā germanitatem: hoc autem non est si spiritus sanctus non est a filio. tunc enim filius, & spiritus sanctus non haberent germanitatem adiunquē immediate: sed solum mediante patre, in quantum ambo sunt ab uno. ergo spiritus sanctus est a filio.

¶ 27 Præt. Diuinæ p̄sonæ non distinguuntur ab invicem,

nisi sicut originæ. Si ergo spiritus sanctus non est a filio, non distinguetur ab eo, quod est inconveniens.

Respon. Dicendum, quod est ea quæ supra determinata sunt, necesse est spiritus sanctus a filio procedere. oportet nam si filius & spiritus sanctus sunt duas personæ, quæ alia sit processio unius, & alia alterius. Ostensum autem est supra, quod non possunt esse duas processiones in diuinis, nisi sicut ordinem processionum, ut sicut a precedente sicut in una processione sit alia processio. Necesse est ergo, quod spiritus sanctus sit a filio: sed præter hanc rationem est ex alijs rationibus de necessitate probatur, quod spiritus sanctus sit a filio.

Oportet nam quod omnis differentia aliorum, sequatur ex prima radice distinctionis ipsorum: nisi forte sit differentia per accidentem, sicut ambulans differt, a sedente. & hoc ideo, quia quæcumque per se sunt aliqui, vel sunt de essentiâ eius, vel consequuntur essentia principia, ex quibus est prima radix distinctionis rerum.

In diuinis autem non potest esse ali-

quid per accidentem: quia omne quod inest alicui per

accidentem, cum sit extraneum a natura eius, oportet

quod conueniat ei ex aliqua exteriori causa, quod non

In principiis de ca-
racteri Hierar.

In Symbo-
lo adaeq. qd
in ecclesia
Cœlesti.

Vide r. par.
q. 36. art. 2.
1. dist. 1. art.
14. & con-
tra genti. c.
34. & 25.

Ex ar. 2. ha-
bitus.

D. 28.

QVAES. X. DE PROCES. DIVIN. PERSO. ART. IIII

non potest dici in diuinis. Oportet ergo q̄ omnis differentia diuinarum personarum adinuicē, sequatur ex prima radice distinctionis eorum. Prima aut̄ radix distinctionis patris & filij, est ex paternitate, & filiatione. Oportet ergo q̄ omnis differentia, que est inter patrem & filium, sequatur ex hoc q̄ ipse est pater, & ille filius. Esse autē principium spiritus sancti non conuenit patri in quantum pater est, ratione paternitatis: si enim non referunt nisi ad filium, vnde sequeretur q̄ spiritus sanctus est filius. Similiter autem nec hoc repugnat rationi filiationis: quia secundum filiationem non referunt ad alium, nisi ad patrem. Non ergo potest esse differentia inter patrem & filium in hoc, q̄ pater sit principium spiritus sancti: non aut̄ filius. Item, sicut in libro de Synodo dicitur, Creatura, proprium est q̄ voluntate sua Deus eam produxit. Quod Hil. ex hoc probat, q̄ creatura non est talis, qualis est Deus: sed qualis Deus cam voluit esse: quia vero filius est talis qualis est pater, dicitur q̄ pater genuit filium naturaliter. Eadem autem ratione spiritus sanctus est a patre naturaliter, q̄ est similis & aequalis patri: natura enim producit libi simile. Oportet autem quod creature quae est a patre secundum suam voluntatem, sit etiam a filio: quia eadem est uoluntas patris & filii, similiter autem & eadem est natura virtutisque. oportet ergo quod sicut spiritus sanctus est a patre, ita sit a filio. Nec tamen sequitur, quod filius vel spiritus sanctus sint a spiritu sancto, licet & ipse habeat unam naturā cum patre: sicut sequitur quod creatura est ab eo, in quantum habet unam voluntatem cum patre, propter repugnantiam quae sequeretur, si spiritus sanctus diceretur esse a seipso, vel si ab eo diceretur esse filius, qui est eius principium. Hoc aut̄ appetit alio modo, non enim potest esse in diuinis personis distinctione, nisi secundum relationes. E. a. que absolute dicuntur in diuinis, essentiam significant, & communia sunt, ut bonitas, sapientia, & huius. Relationes aut̄ diuersae non possunt facere distinctionem, nisi rōne sua oppositionis: diuersæ enim relationes possunt esse vnius ad idem. patet enim quod idem eiusdem potest esse filius, discipulus, aequalis, & quæcumq; aliæ relationes, q̄ oppositionē non includunt. Patet aut̄ quod filius distinguitur a patre per hoc, quod aliqua relatione ad ipsum refertur: & similiter spiritus sanctus a patre distinguitur, propter aliquam relationem. Ita ergo relationes quæcumq; videantur disparate, nullo modo poterū distinguere spiritum sanctum a filio: nisi sint oppositæ. Oppositiō aut̄ alia in diuinis esse non potest, nisi sūm originem, prout s. vnu est alio. Nullo ergo modo filius, & spiritus sanctus poterunt esse distincti per hoc, quod eterque diuersimode referatur ad patrem: nisi vnu eorum referatur ad alterum, vt ab eo existens. Constat autem quod filius non est a spiritu sancto de ratione enim filii est, quod non referatur nisi ad patrem, vt ab eo existens. relinquitur ergo de necessitate, quod spiritus sanctus sit a filio. Sed quia potest aliquis dicere, quod ea quae sunt fidei, non sunt solum rationibus, sed auctoritatibus confirmanda: rest ostendere per auctoritates sacrae scripturae, quod spiritus sanctus sit a filio. habet enim in pluribus sacrae scripturae locis, q̄ spiritus sanctus sit filii: sicut Rom. 8. Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. & Galat. 4. Misit Deus spiritū filij sui in corda vestra. & Act. 16. Tentabat ire Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Non enim potest intelligi, q̄

Hilarius in
li. de syno-
dis post me-
diū illius.

F spiritus sanctus sit spiritus Christi solum sūm humilitatem, quasi ipsum replēs: quia spiritus sanctus est alicuius hominis vt habentis, non autem vt dantis. Filii autem est spiritus sanctus vt dantis ipsum sūm iudic. 1. Ioan. 4. In hoc cognoscimus, quoniam in comanemus, & ipse in nobis: quia de spiritu suo dedit nobis. Et act. 5. dicitur, quod dedit spiritum sanctum obedientibus sibi. Oportet ergo quod dicatur esse spiritus sanctus filii, in quantum est diuina persona. Aut ergo dicitur esse absolute eius, aut dictr eius, ut spiritus eius: si autem absolute, nūc oportet q̄ sit aliqua auctoritas filii respectu spiritus sancti. Apud nos enim potest dici aliquis esse alterus tandem, qui non habet auctoritatem respectu ipsius: sicut cum dicitur, Petrus esse socius Ioannis: sed nūc potest dici, Petrus esse Ioannis absolute, nūc in quadam possessio eius: sicut seruus hoc ipsum dicit, dicitur esse domini. In diuinis autem non potest esse aliquid seruens, vel subiectum: sed invenitur ibi auctoritas secundum solam originem. Oportebit ergo q̄ spiritus sanctus habeat originem a filio. & idem sequitur si dicatur spiritus sanctus esse filii, vt spiritus eius: quia spiritus secundum quod nomen personale, importat relationem originis spiritantem, sicut filius ad generantem. Similiter invenitur in scripturis, quod filius mittit spiritum sanctum, sicut supradictum est. Semper autem in tens videtur habere auctoritatem supra missum auctoritas autem in diuinis, ut dictum est, non est secundum originem. vnde sequitur quod spiritus sanctus originem habeat a filio. Habetur autem sacra scriptura, quod per spiritum sanctum configuratur filio, secundum illud Roman. 8. Acceptum spiritum adoptionis filiorum, & Galat. 4. Quoniam estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra. Nihil autem configuratur alicui, nisi per eum proprium characterem. In natura etiam creatus est, quod id quod conformat aliquid alicui, est a eo: sicut semen hominis non assimilatur equo, sed homini a quo est. Spiritus autem sanctus est a filio tamquam proprius character eius. vnde dicitur Christo, ad Corint. 1. q̄ signat nos & tinxit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Expressus autem est quod habetur Ioan. 16. experientia filii, de spiritu sancto dicitis, ille me clarificabit, de meo accipiet. Constat autem q̄ non accipiat ille spiritus sanctus, quasi prius nō habens quia fecerit mutabilis & indigentis nature. Constat ergo ex aeterno accipit a filio: nec poterit accipere a filio, nō sit eius essentia ab aeterno. ergo accipit spiritus sanctus essentia de filio. Rationem autem quare de filio accepit spiritus sanctus, ipsem filius subiectum dicens. Omnia q̄cumq; habet pater, mea sunt propria. pterea dixi q̄ de meo accipiet, quasi diceret, quae eadem est essentia patris & mea, nō potest spiritus sanctus esse de essentia patris, quin sit de mea essentia. Traditur etiam in Sacra scriptura, q̄ filius per spiritum operatur, sicut habet Rom. 15. Per me efficiens Christus. s. miracula & alia bona, dicit Apol. in spiritu sancto. i. per spiritum sanctum. & Heb. 9. dicit q̄ per spiritum sanctum obtulit feme ipsum. Quod documque autem aliquis per aliquem dicitur operari, oportet quod uel operas det uitrum operari ei per quem operatur: sicut rex dicitur operari per praepositum vel balliu: vel ecclaueri: cu dicitur Balliu operari q̄ regem. Oportet ergo si filius operatur per spiritum sanctum, quod uel spiritus

tus sanctus det uirtutē operatiā filio, uel filius spiritus sancto: & ita q̄ unus alteri det essentiam, cum virtus operativa utriusque nō sit aliud, q̄ eius essentia constat autem q̄ spiritus sanctus non dat essentia filio, cum filius non sit filius, nisi patris, relinquitur ergo q̄ spiritus sanctus sit a filio. Ex has ergo ratione per ea, quā Graci cōfidentur, potest idem haberi, cōfidentur enim ipsi quod spiritus sanctus est a patre per filium, & quod pater spirat spiritus sanctū per filium. Semper autē illud per quod aliquid producitur, est principiū eius, quod producitur. Oportet ergo quod filius sit principiū spiritus sancti. Si autem refugiant cōfideri q̄ spiritus sanctus sit a filio, q̄a filius est ab alio, & sic nō est prima radix originis spiritus sancti, manifestū est q̄ uane monētur: nullus enim refugit dicere lapidem mouerat baculum, licet baculus moueat a manu, nec iacob esse ab isaac, licet isaac sit ab abrahā, sed adhuc minus est in proposito refugendum: est n. una uis producīa patris & filii, qd̄ nō accidit in mouentibus, & agentibus creatis. Vnde sicut cōfidentur est q̄ creatura sunt a filio, licet filius sit a patre, ita cōfidentur est q̄ spiritus sanctus sit a filio, licet filius sit a patre. Manifestū est ergo q̄ dientes spiritus sanctū esse a patre per filium, non autem a filio, propriam vocem ignorant. sicut aristoteles de anaxagora dicit, volentes enim esse legi doctores, non intelligunt neque de quibus loquuntur, neque de quibus aſſirmant, vt dicitur i. ad Tim. t.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ filius & spiritus sanctus dicuntur flores deigenae diuinitatis, i. paternae, prout yterq; a patre est: sed quantum ad hoc q̄ spiritus sanctus a filio est, potest dici filius esse radix, & spiritus sanctus flos. Non enim oportet vt similitudo rerum corporalium obserueretur, quantum ad omnia in diuini.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ filius hoc hēt a p̄te, q̄ ex se spiritus sanctū emittat. Vnde & codē mō cōuenit ei, sicut & parti: sed pater nō est principiū diui ne psonæ vno modo tantum, sed duobus. I. per generationem & spirationem. Vnde nō pōt cōcludi, q̄ filius sit principiū spiritus sancti per generationem: sed est fallacia consequentis, & precipe cum nec etiam pater sū principiū spiritus sancti per generationem & similiter dicendum est ad TERTIUM.

Ad QUARTVM dicendum, q̄ spiritus sanctus non potest dici verbum propri. sed communiter, ut omne quod est manifestariū aliquicū, verbum ipsum dicatur. Spiritus enim sanctus est manifestariū filii, secundum quod de spiritu sancto filius dicit Ioan. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Filius autem proprius dicitur verbum, qualis cōceptio intellectus diuini.

Ad QUINTVM dicendum, q̄ in humana origine dī nepos q̄ codē modo procedit a filio, sicut filius a patre: spiritus non procedit in diuini a filio, sicut filius a patre & ideo ratio non sequitur.

Ad SIXTVM dicendum, q̄ ēē principiū nō est contrariū ei, quod est ēē a principio: nisi intelligatur respectu eiusdē, nō, n. pot est aliquid principiū eius a quo est, sicut a principio. Vnde non sequitur, q̄ in filio sint contrarie proprietates: si sit a patre sicut a principio, & sit principiū spiritus sancti.

Ad SEPTIMVM dicendum, q̄ oē quod est in diuini, est cōmune vel p̄ptū: sed propriū dupliciter dī, vno modo simpliciter & absolute, quod vni soli cōuenit, sicut risibile homini. Alio modo dī aliquid

A propriū, non simpliciter, sed ad aliquid: vt si dicatur q̄ ratiopale est propriū homini in comparatione ad equū, licet & alij cōueniat. angelo. Est ergo in diuini aliquid commune, quod cōuenit tribus personis, vt esse Deum, & huiusmodi aliquid qd̄ est propriū simpliciter, quod cōuenit vni persone tam & aliquid quod est propriū quo ad aliquid, sicut spirare spiritum sanctū, est propriū patris & filio per respectum ad spiritum sanctū, tale enim propriū oportet in diuini ponī, etiā si spiritus sanctus nō sit a filio: quia esse ab alio, adhuc remanet propriū filio, & spiritu sancto in cōparatione ad patrem.

Ad OCTAVVM dicendum, quod nomen debiti in personis diuini, si quis recte diuidit care velit, nō omnino recte sonat: quia debitum quandam subiectiōnē & obligationē importat, quā in diuini esse non possunt. Richardus tamen de sancto Vicente in suo lib. de Trin. vtitur distinctione amoris gratitudinis & debiti: nec intelligit per gratitūdinem, nisi quod non est ab alio: per debitum vero quod ab alio est, secundum quem modū nihil prohibet intelligi eundem amorem esse gratitūdinem, vt est patris, debitum vero vt est filii. Idem est enim amor quo patet, & quo filius amat: sed hunc amorem filius a patre habet, pater vero a nullo.

Ad NONVM dicendum, q̄ spiritus sanctus est iātum gratitūdinem amor, secundum q̄ amoris gratitūdinem contraponitur mercenarius amor, quo aliquid nō propter seipsum amat: sed propter aliquē extrinsecū fructū. Secundum vero q̄ gratitūdinem amor dī, propter hoc q̄ ab alio sumit originē, non est contra rationē spiritus sancti, quod sit gratitūdinem amor. Nā & ille amor quo per spiritum sanctum Deum diligimus, originē habet ex his, quā nobis a Deo sunt data: & sic nihil prohibet etiam amorem filii, qui ab alio habet quod amat spiritum sanctum esse.

Ad X. dicendum, quod spiritus sanctus & a patre procedit in filium, & a filio in patrem: non quidem sicut in recipiente, sed sicut in obiectū amoris. Dicatur n. spiritus sanctus a patre in filio procedere, inquantum est amor, quo pater amat filium: & similiter ratione potest dici, quod spiritus sanctus est a filio in patrem, inquantum est amor quo filius patrē amat: potest autem intelligi q̄ procedat a patre in filium, inquantum filius a patre accipit virtutē spiritum sanctum spirandi: sed sic nō potest dici quod procedat a filio in patrem, cum a filio nihil accipiat pater.

Ad XI. dicendum, q̄ hoc verbum, Diligit, non solum dicit emissionē amoris, sed etiam quandā affectionem vel dispositionē secundum amorem. Ea vero quā in diuini emissionē dicit, personaliter tantū accipi possunt, vt generare, spirare, & huiusmodi. Qā vero nō important emissionē, sed magis ad informationē eius pertinet de quo dicuntur, essentialiter in diuini dicuntur, vt esse bonum, intelligentem, & huiusmodi. & inde est q̄ spiritus sanctus dicitur diligere, nō quasi amorem emittēs: sic enim cōuenit tantum parti & filio, sed secundum quod diligere sumitur essentialiter in diuini.

Ad XII. dicendum, q̄ hoc regulariter in laica feriatura invenitur, q̄ id quod dicitur de patre, oportet quod de filio intelligatur, & quod dicitur de virto, que vel altero eorū, oportet intelligi de spiritu sancto, etiā si dictio exclusiva ponatur, praeferilla tantum quibus personæ diuina ab inuisitatem distinguuntur: sicut quod dicitur Ioan. 16. Haec est vita aeterna, vt cognoscātē solum Deum verum, & quem misericordiam.

QVAES. X. DE PROCÈS. DIVIN. PERSON. ART. III.

ali iesum Christum. Non enim potest dici quod filio non conueniat esse Deum verum, quod ipse filius sibi patri attributus: quia cum pater & filius unum sint, licet non unus, oportet quod de patre dictur, de filio quoque intelligi. Nec etiam negandum est (quia ibi de spiritu sancto mentio non habetur) in cognitione spiritu sancti, vitam eternam non esse, cum sit vita cognitio trinitatis. Similiter autem non est subtrahenda spiritu sancto patris filii; cognitione, licet Mat. 11, dicatur, Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filium. unde eis hoc, quod est habere ex se spiritum sanctum procedentem, non pertinet ad rationem paternitatis & filiationis, quibus pater & filius distinguuntur, oportet, ut cum dicitur in Euangelio quod spiritus sanctus de patre procedit, in hoc ipso intelligatur quod procedat a filio.

Ad xiii. dicitur, q̄ doctrina catholicæ fidei sufficienter tradita fuit in symbolo niceno, vnde sancti patres in sequentibus synodis nō intēderunt aliqd addere sed pp̄ insurgentes hæreses, id quod implicite continebarat explicare studerūt. vnde in determinatione Calcedonensis synodi dicitur, Praesens nunc sancta, & magna atque viuissim synodus, p̄ dictationē hāc ab initio inconcussum docēs, definitur principaliter trecentorum 18. sanctorum patrū, qui, sicut Nicaea cōuenierunt, fidē manere * intēabilitē, & pp̄ illos quidem qui aduersum spiritū suū pugnat, posterius tempore a patribus apud Constantinopolim centū sō. cōgregatis, de substātia spiritus traditam doctrinā corroborat, quā illi omnibus nota fecerunt, non quasi quidem aliquid esset minus in praecedentibus inferētes sed de spiritaliōtā intellectū eorum aduersus eos qui dominiū eius respuere tentauerunt, scripturarum testi monijs declarantes & per hūc modum dicendū est q̄ processio spiritus sancti a filio implicite in symbolo Constantino politano continetur, inquit, quā cōtinetur ibi q̄ procedit a patre: q̄a quod de patre intelligitur, oportet & de filio intelligi, cum in nullo differant, nisi quia hic est filius, & ille pater: sed propter insurgētes errores eorū qui spiritum a filio esse negabant, cōueniens fuit vt in symbolo ponere tur, nō quasi aliquid additum: sed explicitē interpre tatum quod implicite continebarat. Sicut si insurgeat hæresis q̄ negaret spiritum sanctum esse factorem celi & terræ, oportere hoc explicitē ponī, cum in

Loco parv
ante citato. **P**rodicto symbolo hoc non dicat, nisi de patre. Sicut
autem posterior synodus potest et habet interpretationem
symbolum a priore symbolo codiciti, ac ponendi
aliqua ad eius explanationem, ut ex praedictis patet: ita
Et Romanus Pontifex hoc sua auctoritate potest, cu-
jus auctoritate sola, synodus congregari potest, & a
quo sententia synodi confirmatur, & ad ipsum a sy-
nodo appellatur. **Q**ue omnia patet ex gestis Calce-
donensis synodi. Nec est necessarium, quod ad eius ex-
positionem facienda vienuersale concilium con-
gregetur, cum quandoque, id fieri prohibeant belli-
rum dissidia, sicut in septima synodo legitur, **q** Cō-
stantinus Augustus dixit, q propter imminentia bel-
la vienuersaliter Episcopos congregare non potuit:
sed in illi qui conuenierunt, quedam dubia in fide
exorta, sequentes sententiam Agathomis Pape, de-
terminauerunt, s. q in Christo sint duas voluntates, &
duae actiones, & similiiter Patres in Calcedonensi sy-
nodo cōgregati, secuti sunt sententia Leonis Pape,
qui determinauit Christum esse in duabus naturis potest.

F incarnationem. Attendi tñ debet, q̄ ex determinate principalium conciliorum h̄r, q̄ spiritus sanctus procedit a filio. Suscepit n. Caledonensis nodus, sicut in eō determinatioē de epistola Beati Cyrilli Alexandrinae ecclesie præfusa synodus ad Nestorium, & ad alios per orientem. In quantum vna sic legitur, Quoniam ad demonstrationē sue unitatis Christus vtebat suo spiritu ad magnas rationes, glorificari se dicebat ab eo, velut si quid dicat eorum qui fūt nos sunt, insita sibi fortitudine vel disciplina: vel de quolibet, quia glorificabūt me. Sic n. est in subsistētia spiritus speciali, vel certe intelligitur per se, fūt quod spiritus est & non filius sed tñ non est alienus ab eo. Spiritus, veritatis nominatur, & est spiritus veritatis, & profuit ab eō, cut denique & ex Deo patre. Nec obstat, q̄ dicit profuit & non procedit, quia sicut ex predictis test, hoc uestrum procedit, est communissimum eorum qd̄ originem spectant. Vnde quiquid emititur vel profuit, vel quo cumque modo exortu ex hoc sequitur & procedat. h̄r ēt in determinatioē quinti concilii Constantinoopolitani, Sequimus per oīa sanctos patres & Doctores ecclesie, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nicenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioaninem Constantinoopolitanum, Gulielmum, Leonem, Proculum, & suscipimus qd̄ de recta fide ad condemnationē hereticorum exposuerunt. patet autem q̄ a pluribus horum in doctrina fidei traditum est, q̄ spiritus sanctus procedit a filio, a nullo vero eorum inueniuntur esse negare. vnde non est contra concilia, sed est consensum, q̄ spiritus sanctus procedere dicatur a filio.

A d x i i i . dicendum , q̄ licet hoc humu-
tipliciter dicatur , tanien in diuinis hoc intelligi
potest , nisi secundum habitudinem originis . Circa
missione vero scenditum est , q̄ in hoc oēs do-
cētes conteniunt , q̄ persona nō mittitur nisi quā
alio est , vnde patri qui a nullo est , penitus nō con-
nīt mitti : sed quātūm ad personam a qua fit missio
diversa est Doctorum sententia . Athanasius autem
quidam alij dicunt , quōd nulla persona mittitur
poraliter , nī ab illa a qua est aeternaliter sicut filii
mittitur temporaliter a patre , a quo ab aeterno
cessit & secundum hoc infallibiliter concludit
q̄ spiritus sanctus a filio mittitur , quōd aeternus
ab eo existat . Quod vero dicitur filius a spiritu
etō mitti , intelligentium est de filio secundum
manam naturam , qui a spiritu sancto missus est
prædicandum unde significanter dicitur illa in aliis
Euangelizandum pauperibus misit me & sic expe-
nit Ambri. in lib. de spiritu sancto : licet Hilarius
exponat , ut per spiritum intelligatur pater , s̄ mo-
ritus aeternaliter sumitur in diuinis . Ang vero pro
quōd persona procedens temporaliter mittatur
ea etiam , a qua aeternaliter nō procedit . Nam cum
missio diuinæ personæ intelligatur secundum
quem effectum in creatura , quæ est a tota trinitate
persona missa a tota trinitate mittitur , vt in multis
ne nō intelligatur aeternitas mittentes ad personam
quæ mittitur : sed eausmodi ad effectum , secundum
quem dicitur mitti persona . Non autem eas illas
ratio probans spiritus sanctum a filio procedere
per distinctionem ipsorum , per hoc quid proje-
taribus distinguitur : quia propria est illarum
se sunt , & distingueri non possunt , nulli ad inveni
oppontantur , sicut ex dictis patet .

Ad xv. dicendum, q̄ licet Spiritus sanctus sit ad nos bus, non tamen est compositus: quia illi duo, scilicet pater & filius sunt per essentiam unum.

Ad xvi. dicendum, q̄ Philo attribuit principiis non esse ab alio, in quantum sunt prima principium autem primum (vt ita dixerim) est principium non de principio, quod est pater.

Ad xvii. dicendum, q̄ licet voluntas moveat intellectum ad aliquid intelligendum: nō tamē voluntas aliquid velle potest nisi sit praetinctum: unde cum nō sit p̄cedere in infinitum, oportet detinere ad hoc, quia intellectus aliquid intelligit naturaliter nō ex imperio voluntatis. Filius autē procedit a patre naturaliter: unde quāmuis procedat per modum intellectus, nō sequitur quod sit Spiritus sanctus: sed conuersus.

Ad xviii. dicendum, q̄ Spiritus sanctus potest dici quod secerit in filio tripliciter: nō modo fm humana natu rā sicut illud Ila. 11. Egredietur virga de radice lessi, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus Dñi. Alio modo, ut intelligatur spiritus in filio requiescere: quia virtus spiritalis a patre datur filio, & ultra non protrenditur. Tertio modo secundum q̄ amor dicitur requiescere in amato, in quo queratur amans affectus. Nullo autem istorum modorum excluditur processio Spiritus sancti a filio.

Ad xix. dicendum, q̄ non repugnat simplicitati Spiritus sancti, quod procedit a duobus, scilicet a patre & filio, cum sint per essentiam unum.

Ad xx. dicendum, quod eadem est perfectio patris & filii: unde per hoc quod Spiritus sanctus procedit a patre perfecte, non excluditur quin procedat a filio: alioquin sequeretur quod creatura non creetur a filio, cum perfecte creetur a patre.

Adxxi. dicendum, q̄ unitas essentiae nō inducit confusionem personalium: unde ex unitate essentiae nō possunt conciliari illa quae repugnant distinctioni relativa. & sic ex hoc q̄ pater & Spiritus sanctus sunt unus, non potest conciliari filius sit a Spiritus sancto, licet filius sit a patre: quia Spiritus sanctus est ab eo. & iterum quia sequeretur q̄ Spiritus sanctus est pater, cū nihil aliud sit esse patrem, q̄ habere filium de se procedentem.

Ad xxii. dicendum, q̄ splendor est a radio, cū nihil aliud sit q̄ reuterberatio radij ad corpus clarum: & tñ splendor filio attribuitur. Heb. 1. Cū sit splendor gloria.

Ad xxii. dicendum, quod calor est a splendore. Nam corpora coelestia in ipsis interioribus per suos radios causant calorem.

Ad xxiiii. dicendum, q̄ positio Nestorianorum fuit q̄ Spiritus sanctus nō sit a filio, unde in quadam symbolo Nestorianorum condemnato in Ephe si synodo dicitur sic, Spiritus sanctum, neq; filium putamus, neque per filium essentiam accepisse: propter quod Cyrilus contra Nestorium in epistola predicta posuit Spiritus sanctum esse a filio. Theodosius vero in quadam epistola ad Ioannem Antiochenum sic dicit, Spiritus sanctus nō ex filio aut per filium habet substantiam, sed procedet quidē a patre, spiritus vero filii, co. & ei cōsubstantialis sit noſatus. Hac autē verba Theodosius prædictus imponit Cyrillo, tanq̄ ab eo sint dicta in epistola quād ad Ioannem Antiochenum scripsit, licet in illa epistola hoc non legatur: sed dicitur ibi sic, Spiritus Dei patris procedit quidē ex ipso, est autem & a filio non alienus fm viuus essentia rōnem. hāc autē Theodosici sententia fecutus est postmodū Damas. quis dogmata eiusdem Theodosici sint in quinta synodo condēnata. unde in hog non est standum sīnā Damasceni.

ARTICVLVS VI. q̄ do neq̄ distinc
trum Spiritus sanctus a filio remaneret distinctus, se
q̄d si sit ab eo non procederet.

QVI Nō queritur verum Spiritus sanctus a filio remaneret distinctus, si ab eo nō procederet, & videtur q̄ sic. Dicitur in Rie. de sancto Vict. 4. de Tri. quod personae secundum originem differunt, quod virus originē habet, alter origine caret: uel si originem habet, tamē origo virus differt ab origine alterius. Sed alia est origo Spiritus sancti, alia est origo filii nam Spiritus sanctus procedit quasi spiratus, filius autē quasi genitus: ergo Spiritus sanctus personaliter differt a filio; etiam si ab eo non procederet, p̄spicere originem diuerſam.

Pluteus Anselm. dicit in lib. de processione Spiritus sancti, haber utique a patre esse filius ac Spiritus sanctus: sed diuersum modo, quia alter nascēdo, alter proceden do ut alij per hoc sint ab iniucem, & postea subdit. Nam si per alium nō essent plures filii, & Spiritus sanctus, per hoc solum essent diuersi, ergo etiā spiritus sanctus filio non procederet, tñ remaneret personaliter distinctus a filio pp̄ diuersū originis modū.

Pluteus Item, In diuinis personæ distinguuntur propter hoc, q̄ vna est ab alia secundum aliquem originis modū: sed secundū unum originis modū, una persona in diuinis procedit. ergo si sunt duo modi originis, erunt duas personæ procedentes, etiam si una ab altera non procedat. Constat autē q̄ secundū alium modū originis procedit filius a patre, & secundū alium Spiritus sanctus, ergo filius & Spiritus sanctus personaliter ab initio distinguuntur, etiam dato q̄ unū ab alio non procedat.

Pluteus Item, Impossibile est, q̄ aliqua hypostasis secundū unam naturam pluribus processionibus procedat: quia hypostasis per id q̄ procedit, naturam accipit: unde filius habet duas natuitates, secundum duas naturas: sed in diuinis sunt duas processiones, una quae est per modum natuitatis, alia quae est per modum spirationalis. Impossibile est ergo q̄ vna & eadē persona his duabus processionibus procedat. Necesse est ergo, q̄ sint duas personæ distinctæ, quae his duabus processionibus procedant: ergo Spiritus sanctus remanet personaliter distinctus a filio, etiam si ab eo non procedat.

Pluteus Item, Relationes externæ in diuinis non sunt accidentes, neque assistentes; sed subsistentes personæ. Illud ergo ad quod sequitur pluralitas relationum in diuinis, sufficit ad personali distinctionē: sed diuersas actiones fm spēm sufficit ad diuersas relationes. Ex hac actione quae est gubernatio, cōsequitur relatio dominii: ex illa uero actione quae est generatio, sequitur alia relatio, quae est paternitas: sicut etiam ad diuersas qualitates fm specie, consequuntur diuersæ relationes. Ad binarium, cōsequit relatio dupli, & ad ternarium relatio tripli: processiones autem in diuinis significantur per modum actionum. Si ergo sunt duas processiones oportet, q̄ sint duas relations consequentes processiones, ergo oportet, q̄ sint duas personæ, & sic idē qd p̄p. **P**luteus Item, Processio pfectius inuenitur in diuinis, q̄ in rebus creatis; unde Apostol. ad Ephesi. 3. dicit q̄ ex patre caelesti omnis paternitas in caelo, & in terra nominatur. In rebus autē creatis processio sufficit ad distinguendū supposita procedentia: nā alia processionis siue natuitate alius hō nascitur. ergo in diuinis, processionis differentia sufficit ad distinguendū personas diuinas. sī filium & Spiritum sanctum.

Quæst. dis. S. Tho. N ¶7 Item